17. 17

Q. B. V.

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE REGIO AC DOMINO
. FRIDERICO AVGVSTO
ELECT. SAXON. HEREDE
ISSERTATIONEM INAVGVRALEM
DE

FLVORE ALBO

PRAESIDE
O. GOTHOFREDO BERGERO
ARCHIATRO REGIO, COLLEG. MED. SENIORE
ET PROF. PRIM.
PRO LICENTIA
IMPETRANDI SVMMOS IN ARTE SALVTARI
HONORES
P. P.
CHRISTIANVS BENED. CARPZOVIUS
LIPSIENSIS
A. D. IVN. cIↄ Iↄ cc XI.
IN AVDITORIO MAIORI
HORIS ANTE ET POST MERIDIEM CONSVETIS.

EDITIO SECVNDA.

VITEMBERGAE, LITERIS GERDESIANIS.

DE

FLVORE ALBO

DISSERTATIO INAVGVRALIS

I.

DOlendum eſt, elegantiorem ſexum cum aliis ex utero malis, tum eo in primis tentari, qvod Græcis *ῥȣ̃ς λευκὸς*, Latine Fluor albus nominatur. Hoc enim ea loca, quibus mulier ſpem ſibi a viro commendatam conti-

 net

net, altamque, et elaboratam parit, humore m dent, & manant ſeroſo, ac pituitoſo, tenui, craſſov ea interdum vi ac copia, ut fructu alimenti corp privet, et ſpe iſta non raro evertat, atqve ad va incommoda, et mortem ſæpe præmaturam, ducat

II.

Id genus fluxionis mulieres afficit coniuges æqv ac viduas, ætate florentes pariter ac ſeneſce tes, ipſasqve interdum gravidas, non tamen fo mellis inprimis foetas, ut quidam ſibi fingunt. N qve vero virginibus parcit adultis, ſed rarius pa vulis provenit, ut alios inter *Fernelius*, *Path lib. VI, c.* 16, *Th. Bartholinus*, *Act. Hafn. P. I, o LXXXIII*, et *Pechlinus, obſ. phyſ. med. XXXIV, lib* exemplis teſtantur. Atqve illud qvidem nunc cer temporum periodis, et vel nova, ſingulis menſibu luna, ut obſervavit Pitcarnius, apud *Richardu Mead, cap.* II. *de imper. ſolis et lunæ in corp. hu* vel medio plerumqve tempore inter duas pu gationes menſtruas, reverti, ac plures du re dies, modo nullo certo, vel ordine, vel c cuitu, freqventer, et aſſidue urgere, nec, r prorumpentibus catameniis, et aliqvanto po intermittere conſvevit. Initio mitis aliquan

mor, nec multus exit, progreſſu autem tempo-
copioſior mordaxqve fieri, et nunc tenuis et
veus, nunc mucoſus et candidus, modo gluti-
ſus, et tanqvam ex ovo crudo ſubalbidus, ac
num quibusdam citrinus, ſubviridis, vel mixtis
ctus coloribus, graveolensqve eſſe, et varia in-
re mala ſolet. Gravius autem alias, alias mitius
net, ita ut qvædam nihil inde detrimenti, præ-
madorem atqve ſorditiem locorum, perſenti-
nt. Plerisqve vero appetitus vitiatur ciborum,
bonitas coloris, et gratia, ac venuſtas et pul-
ritudo corporis corrumpitur. Quodſi grave
lum ſit, magna virium fit mutatio, et gravitas
ædam ac laſſitudo membra occupat, et lumbago,
e dolor, et mollities ac debilitas in lumbis, at-
e in animo triſtitia, oritur. Accedit ſpirandi
ficultas, et palpitatio cordis, nullumqve cor-
s ciborum fructum ſentit, ſed aliis tabe conſi-
ur, aliis male alitur, et laxum, molle, ſegneqve
lditur, atqve in palpebris, et cruribus, intumeſcit.
pe etiam fœcunditatem amittit, et malis aliis
pra alia affligitur.

III.

Atque hæc qvidem eſt idea et ſpecies Fluoris

albi, prout eam a Græcis traditam accep-
mus. Ex his *Hippocrates lib. de Nat. mul.* ita h-
bet: *Cum fluor albus ſubortus fuerit, urina, qu-
lis aſini, apparet, & dolor imum ventrem, lumb-
ac laterum inanitates detinet, crura ac man-
intumeſcunt, oculorum cava elevantur, & oc-
humeſcunt, color auriginoſus & albus redditu-
cumque deambulat, anhelatione corripitur. H-
morbus oritur, ſi natura pituita abundans, feb-
citarit, bilisque commota minime purgata fuer-*
Ei vero hodie nonnulli, inter quos *Richardus M-
ton, Phthiſiol. lib. I, cap.* 4, illud fluxionis genu-
quod impura Venus relinquit, iungendum putan-
qui omnis illuviei incruentæ per naturalia excr-
tionem fluoris albi nomine comprehendi volu-
Qva ratione fluxionem qvoqve purulentam ex-
cere uteri eodem referunt. Sed hanc rectius p-
riqve a fluore albo diſtingvunt. Ab eodem ſei-
gendam eſſe fluxionem illam veneream, qv-
vulgo gonorrhoeam vocant virulentam, cum in-
les mali, tum ratio curandi, et cautio, ne innoce-
bus et caſtis affingatur, poſtulat. Nam fluxio -
nerea, copia minor, ſed tanto acrior eſt, et ma-
exedens, atqve cum dolore ardente, maxime
ter meiendum, continenter, etiam cum me-

unt, ex inflictis a contagio venereo, qvo pro-
gatur, ulcuſculis fertur, neqve illam, qvam
ulo ante commemoravimus, ſed aliam, ſympto-
tum ſeriem invehit, qvæ originem mali, et in-
facile naſcentem luem veneream, prodit. Non
gis ea antiquitati cognita fuit, quam gonor-
oea virulenta virorum, atque ex hac prodiens
s venerea. Hanc enim pleriqve, inter qvos
ecipuus eſt *Gvicciardinus*, *lib.* II, *hiſtor. ſui temp.*
n Columbo demum ex America, qvam diu ante
viſſime exercuerit, in Hiſpaniam primum, ex
que in alias orbis partes, commigraſſe, alii au-
n, qvibus adſtipulatur *Manardus*, *epiſt. med.* II,
n. II, *lib.* 7, eodem ipſo tempore, qvo Carolus IIX,
lliarum Rex, expeditionem Italicam parabat,
epiſſe, volunt, Valentiæ, Hiſpaniæ Tarraco-
nſis urbe, a nobili qvodam ſcorto, cuius no-
m Elephantioſus quidam ex eqveſtri ordine
les qvinqvaginta aureis emerit. Et cum ad mu-
ris concubitum frequens iuventus accurreret,
ra paucos dies ſupra quadringentos infectos, e
orum numero cum Carolum, Italiam petentem,
lti ſeqverentur, idem malum in Italiam impor-
um, ac deinde, tanqvam libidinoſi commercii
enam, in regiones alias delatum fuiſſe. Quodſi
ve-

verum eſt, minus mirandum erit, ſi conſumma
lues venerea propius ad lepram accedat, &
tiati corporis contactu contrahatur, tum a p
rentibus quoque ad liberos more Elephant
tranſeat. Sed qvomodocunque lues iſta orta
illud omnino certum eſt, in monumentis veter
eam deſiderari.

IV.

Ex quibus apparet, aliam fluoris albi, quem
pra expoſuimus, rationem eſſe. Is enim
riis evenire cauſis ſolet, quæ ab illius mali cau
longiſſime diſtant. Inter has eſt ubertas ſucc
rum corporis, et colluvies inprimis chyloſa, ſer
ſaque, quæ multo, pravoque victu, et potu inprin
copioſo zythi, itemque foliorum thee, et fabaru
coffe, et diminuta qvavis cauſa tranſpiratione, e
cretioneqve urinæ, colligitur. Quorſum multu
conferre vitam molliculam, ac ſedentariam, cum
ipſa docet, tum ex eo conſtare poteſt, qvod eo m
lo potiſſimum urbanæ afficiantur, et qvæ vitam ot
moerore, ac ſilentio tranſigunt: qvæ vero ruri
gunt, et negotioſæ ac liberiore ſunt animo, e
expertes vivant. Recte *Hippocrates lib. III*,
diæta, non minus morbos oriri ſtatuit, cum cib
lab

orem ſuperat, qvam cum a labore ſuperatur, et
itatem tunc elucere atqve conſiſtere, cum labo-
n, ciborumqve,æqvabilitas eſt ac ſymmetria: de-
erante vero laborem cibo, repletiones, crudi-
es, atqve corruptelas ſangvinis, et viſcerum, ex-
ere. Eodem pertinere cum frigus, tum fumum
idum, tempore hyberno ex ignitis carbonibus in
turalia admiſſum, iniectosque in illa loca liqvo-
, ac res alias immiſſas, venerem porro impor-
iam, et nimiam, ac laſcivas titillationes, ſatis
perientia docuit. De uſu qvoqve freqven-
re balneorum notius id eſt, qvam ut dici de-
at. In primis autem tam ſuppreſſionem, qvam
moderatum menſium, et lochiorum, fluxum, ab-
tus item, partusqve crebros, ac difficiles, et re-
tas ab utrisque placentulas, & partes placenta-
m, qvas vulgo molas vocant, atqve ab his, aliis-
ve, cauſis excitatas hæmorrhagias uteri, idem
ali genus ſequi, idqve gravius, et curatu diffi-
lius, qvotidianæ mulierclarum querelæ, & me-
corum obſervationes, teſtantur. Qvibus ad-
endum eſt, id etiam aliqvando minus cauto uſui
edicamentorum, menſes pellentium, et diuretico-
m, qvin imo purgantium, ut meminit *Platerus*,
r. tom. 3, *cap.* 7, ſupervenire, nec raro foedi vir-

ginum coloris, et omnis cachexiæ, ac hujus gen
ris affectuum aliorum, comitem ac pediſſeqvu
eſſe.

V.

Qvo vero pateat, qva ratione his, qvas co
memoravimus, cauſis, et, ſi qvæ ſunt fortaſ
aliæ, fluor is, de qvo agimus, exoriatur, id q
dem iam conſtare arbitror, in eo illud affectu
eſſe viſcus, cui ſpem omnem perennitatis natu
committit, uterum puto, cum ſinu pudoris, ſi
vagina ſua, ita qvidem, ut modo huius, modo
lius, modo utriusqve labes culpam ſuſtineat. Cu
qve ea in glandulis illarum partium quærenda ſi
notari refert, qvasdam earum maiores iuxta u
thram, in ipſoqve vaginæ aditu, collocatas, pl
res vero minores per omnem illius ſinus interi
rem tunicam inter papillas nerveas pyramidal
ſparſas ac diſſeminatas eſſe, et ſuis qvasque oſc
lis in cavum illius hiare, et liqvorem emitte
lubricandæ vaginæ utilem. Hunc ſemen e
mulierum, conſtans multorum fuit opini
dum anatome oſtenderet, teſtes mulierum ov
ria, et ſemen earum in illis recondita eſſe ovul
humorem vero iſtum rigandæ tantum vaginæ ſ

vi

re. Quod vero ad uterum attinet, id qvidem
. *Io. Bapt. Morgagni*, in illuſtri Bononienſium
cademia anatomen magna laude profitentis, in-
ıſtria, qvam in *adverſariis anatomicis* publi-
oſtendit, iam clare conſtat, illius cervicem in
nica interiore denſis glandularum ſubrotunda-
m, aut ovalium, variæ magnitudinis agminibus
pari, easqve fontes eſſe lenti illius et glutinoſi
cci, qvi, facta conceptione, adiuvantibus rugis
rvicis valvuloſis, aditum aeri per os uteri ad
teriora præcludit, ut nemini mirum videri de-
at, vix nuper propoſitam de tertio in cervice ute-
ovario ſententiam in ipſo ortu defeciſſe. Fun-
ım qvoqve uteri intus glandulis refertum
ſe, nemo amplius dubitat, qvamvis eæ a magnitu-
ne, figuraque, glandularum cervicis permultum
fferant, atqve aliter ab aliis nominentur.

VI.

Has autem omnes glandulas a Deo fabrefactas
eſſe, intelligimus, ut ſuccum ex ſangvine ſe-
ſum, tenuem aliæ, aliæ craſſum et glutinoſum,
cernant; ſangvinemqve ipſum ex uteri fun-
) maxime, et vagina, et modo ex hac, modo ex
a, aliqvando ex utraque parte, ſtatis tempori-

bus dimittant. Quod non negandum eſſe, ipſ
cenſuit laudatus modo *Morgagnus* l. c. qvi, quo
alii in vagina obſervarunt, in cadaveribus men
ſtruo ſangvine profluente defunctarum ipſum ute
ri fundum vidit, ſangvineis maculis ita diſtinctum
ut ex iisdem leni preſſione cruentas elicere gut
tulas facile potuerit. Pari modo cl. *Ruyſchiu*
in utero menſtruato cruorem coagulatum, alium
que oviductui unius lateris, ipſiusque ſuperfici
ovarii adhæreſcentem, ſe deprehendiſſe, ſcri
bit, *theſ. anat. IV*, *p.* 47. Id vero fit, cum ſan
gvis, pulſu cordis per vaſa corpus circumiens, et
adaucta paulatim mole, turgeſcens, in arteri
uteri, eiusque vaginæ, ob venas comites, valvul
carentes, et pendulas, et ideo difficiliorem in hi
progreſſionem, ac renitentem vim adaucti par
ter ſangvinis, aliqvid de motus ſui velocitate re
mittere cogitur, atque a tergo ſubſeqvente ſan
gvine accumulatus, et preſſus, vaſaqve diſtenden
ſuorum incuneatione ſolidiorum globulorum mea
tus glandularum eo usqve aperit, et diducit, u
per eosdem exire tandem poſſit, tantiſper, dum
emiſſa parte redundante, ad priſtinam redactu
molem, et faciliorem progreſſionem, nullam
amplius vim vaſis illis ac glandulis inferat, e

h

s iterum contractis, ſolito tenore in orbem an-
qvum redeat, nec niſi aliqvam ſeri partem per
guſtiores iam redditas glandulas dimittat. Qvod
illæ glandulæ ultra modum dilatatæ, vel ruptæ,
oſæqve, hient nimium, ac dimittendo ſangvi-
æquo diutius pateant, menſium fluxus immo-
ci, et ſæpe graves admodum hæmorrhagiæ uteri,
erinde fere, atqve ab apertis vaſculis ſangvineis ob-
iuntur. Sin accidat, ut eædem uteri, vaginæqve,
æ, ſive glandulæ, plus æqvo coarctentur, et occlu-
ntur, in promtu eſt ratio, qvamobrem ſangvis
orſum exitum qværat, eumqve nunc in naribus,
nc in vaſis hæmorrhoidalibus, modo in ventri-
lo, nec raro in pulmonibus, aliqvando in gingi-
s, et ſalivæ viis, interdum per glandulas ductus-
e lachrymales, aut alibi corporis, magno ſæpe
ius allevamento et commodo, inveniat.

VII.

Ed multo fieri aliter videas, cum hæ omnes
uteri, et coniunctarum ei partium, glandulæ,
avis cauſa labefactæ, rurſus contrahi ſatis neqve-
it, ſed laxius connivent. Ita enim eveniat, ne-
ſſe eſt, ut, qvamvis globuli ſangvinis rubicundi
dem non emittantur, ſuccus tamen is, qvi natu-

 ra

ra parcus, et qvantum rigandis naturalibus ſuffi-
cit, per eas ſecernitur, iam uberius dimittatur, e
fluxionem albam conſtituat. Haud aliter, ac mod
frigore, modo calore, vel cauſis aliis, labefactatis na
rium glandulis, illarum deſtillationem concitari
atqve ex laxitate glandularum lachrymalium ocu-
los lachrymoſos, ex atonia vero glandularum cu
tis multos oriri ſudores, comperimus. Eſt qvipp
his glandulis omnibus, ut aliis qvibusqve corpo
ris, vis ſua naturalis, qva remitti, ac dilatari, et ad
duci rurſus, contrahiqve, ac preſſioni ſangvinis
qvoad ſatis eſt, reniti poſſint, a qva, bene haben
te, recta ſecretio, labefactata vero, perverſaque
ſecretio mala, et nunc maior, nunc minor, mod
prorſus aliena, proficiſcitur.

IIX.

Atqve eo qvidem cauſas, qvas ſupra comme
moravimus, omnes pertinere, nunc facile in
telligitur, ut firmitudinem ac vim illam glandularu
uteri, et qvæ ad eum pertinent, partium ceterarum
ſolvant et relaxent, eoqve uberiorem ſuccorum
per eas transmiſſionem, et illam ex naturalibu
deſtillationem, efficiant. Non multi iam labor
erit, ut oſtendamus, qva ratione plethora ſangvi

n

s, et colluvies ſeroſa, chyloſaqve, ad gignendam
ıxionem albam conferant. Qvanta enim vis ſit di-
ıcendi ora glandularum exuperantiæ ſangvinis, ſi
inus aliunde conſtet, ſatis ex iis apparet, quæ de flu-
ı menſtruo dicta ſunt. Qvibus addendum eſt, qvod
rnelius, *l. c. cap. XV*, de qvadam commemorat
uliere, qvæ hydrope uteri, a collecto procul du-
o humore ſeroſo ex glandulis illius, correpta, qvo-
:s appetebat menſtrua purgatio, omnem aqva-
m colluviem per cervicem uteri profundebat,
:lvesqve ſex, aut octo, implebat aqva citrina fer-
:ntiſſima, dum venter totus ſubſideret. Mox
:inde menſes inſeqvebantur ex naturæ præſcri-
o. Collecta proximo menſe par colluvies, ſta-
dein tempore profluebat. Hæc tandem per-
ıata, uterum geſtavit, peperitqve bene vitalem
:tum. Qvo igitur ſangvis copia, et impetu, ma-
re, eoqve diutius continuato, glandulas uteri
:rfringit, hoc magis, et gravius, easdem labefa-
are poteſt, ut deinde, prout magis, vel minus,
ant, ſangvinem ipſum, ſive ſerum una cum glo-
ılis purpureis, vel huius tantum partem, maiori,
ıam fieri debebat, copia tranſmittere cogantur.
inc vero ratio patet, qvamobrem plethoram
ıgvinis, nec minus ſuppreſſionem, qvam im-
mo-

moderatam fluxionem menſium et lochiorum, at
que hæmorrhagias uteri, et uſum importunum re
mediorum rarefacientium, et ſtimulantium emme
nagogorum, diureticorum, atqve purgantium, fluc
tandem albus ſeqvatur. Colluvies vero ſangv
nis ſeroſa, chyloſaque, eundem parit affectum
cum vel ſua copia, vel parte viſcida, intus glandu
lis adhæreſcens, easqve infarciens, vel tenuitat
ſua facilius pertranſiens, illas ita paulatim emolli
relaxat, & dilatat, ut ſimilis deinde humor, qv
eæ imbutæ, tument, hoc perfluat uberius, qvo m
iori copia eodem inqvinatus ſangvis per arteri
adducitur. Ita vero conſtitutum uterum vulg
et merito, pituitoſum appellant. Qvo minus m
remur, in mortuis, qvæ vivæ hoc malo gravit
laborarunt, glandulas uteri magnitudine piſi tum
das, et induratas, inveniri. Quemadmodum a
Dolæo, encycl. med. dogm. lib. V, c. IV, relatum l
gimus. Qvod ſi humor ſeroſus ſimul acrimon
polleat, facile eſt intellectu, eum rodendo gland
las facilius hoc excitare malum, et gravius redd
re poſſe.

IX.

Neqve vero nunc opus erit pluribus oſtende
q

vo modo freqvens balneorum uſus, et admiſſio,
el frigoris, vel fumi carbonum, iniectiqve liqvo-
s, et immiſſæ res aliæ, ſuo glandulas contáctu la-
faciendo, fluorem album inducant. De ther-
is non prætermittendum eſt, qvod notavit *Pla-
rus* l. c. multas mulierum, qvæ eis inſediſſent,
oc vitium contraxiſſe, non ob contagium, qvia
im aliis, qvæ illo laborarunt, in eodem balneo
derint, ut qvidem ſibi perſvaſerint, ſed qvod uſu
lneorum continuo, ſicuti ex ſangvine id, qvod
nuius eſt, per ſudores emitti ſolet, ſic etiam per
nc excretionem uteri ea maxime, qvæ ob craſ-
iem ſudore exhauriri neqveunt, expellantur:
luti crebro admodum evenire obſervamus, ut
cretio, per cutim impedita, pro varia habitudi-
materiæ excernendæ, et glandularum excer-
ntium opportunitate, nunc per veſicam, nunc
r alvum, modo per ſalivæ vias, divertatur, et
ppreſſam urinæ ſecretionem in renibus ſudor
piosus ſeqvatur. Iam vero patet etiam, qua
tione abortu, et crebro, ac difficili partu, et ute-
firmius accretis, et brevius, vel longius, re-
ctis, ac deinde natura, vel arte, nunc facilius, mo-
difficilius, eiectis, placentulis, ac partibus pla-
ntarum, ſive pſeudo-molis, et obortis inde hæ-

C mor-

morrhagiis, uteri glandulæ diſtrahi, laxari, ſolvi varie, et ampliari, totiusqve non raro tonus uteri perverti et labefactari, atqve ad ſuſcipiendum fluorem hunc præparari poſſit. Illud demum cuivis facile eſt colligere, eo facilius eundem oboriri, qvo plures enumeratarum hucusqve cauſarum concurrunt. Ad has accedit naturalis uteri laxior, et nimis ſeroſa ſangvinis diſpoſitio ob qvam aliæ præ aliis huic malo ſunt obnoxiæ. Nam qvæcunqve mollioris et humidioris ſunt conſtitutionis, qvæqve ad cachexiam magis inclinant, eas freqventius in illud incidere obſervamus.

X.

His ita expoſitis, omnium phænomenorum qvæcunqve ita laborantibus obvenire diximus, ratio pateſcit. Nam, prout varia eſt ſangvinis et uteri labes, minus aliæ, aliæ gravius affliciuntur. Ac mitis principio, paucusqve, humor exit, quod minus hiant glandulæ, neqve acribus alluuntur humoribus, ſed blandus adhuc ſuccus in eas influit. Hunc vero illæ hoc deinde copioſiorem acrioremve fundunt, qvo magis disiunctſunt meatus earum, et hiant, ac ſereſcentium acri-

um

ımve humorum uberior copia adducitur. Ex ea-
lem cauſa, et perinde ac colluvio ſuccorum ſuppe-
it, vel asſidue fluor urget, vel per intervalla longi-
ıra, vel breviora, certaqve, vel incerta, repetit, et
ıngvis qvoqve menſtruus ſeqvitur, qvia glandulæ,
ıediocriter relaxatæ, et pituitoſo imbutæ ſucco,
imilem tantum humorem admittunt, at ſangvine-
; tandem cuneis magis dilatatæ, ipſum ſangvinem
ransmittunt, eoque ceſſante impetu, ad priſtinam
ıediocrem redeuntes amplitudinem, globulis ſan-
vinis rubentibus exitum præcludunt, relicto ſero-
e tantum parti uberiore, parcioreque, tranſitu,
vo deinde fluor albus perſeverat, isqve, pro hu-
ıorum, ex ſangvine affluentium, vel ipſo in tranſi-
ı corruptorum, varietate, tandem varius, ci-
:inus, ſubviridis, vel mixtis tinctus coloribus, ſi-
uidem omnis maſſa humorum, crudis, viſcidis,
iliofis, ſalſis, et aliis ſcatens impuritatibus, ex-
iari per has vias conſveverit. Vidimus, fluorem
unc album flaveſcentem prodiiſſe, qvoties cro-
ıs cum alimentis aſſumeretur.

XI.

Qvare, ubi, ob cacochymiam humorum maſ-
ſæ ſangvineæ, et auctam paulatim laxitatem

uteri, et coniunctarum ei partium, ipſorumqv
vaſorum, ac ligamentorum, fluor hic adolevit
inveteravit, neceſſe eſt magnam in homine mu
tationem fieri, in primis autem corrumpi bonit
tem coloris, ac gratiam minui, et corpus debile a
qve elumbe, animum vero mœſtum triſtemq
reddi. Nam qvia ſuccus is, qvi vires cerebri
nervorum, ipſiusqve cordis, et ventriculi, ac mu
ſculorum omnium, fulcire ac tueri, et rubore ſu
candorem cutis ita perfundere debet, ut florid
ex utrisqve color concilietur, a vivido vigore d
ſciſcit, per viasqve devias illarum glandularum n
mium decedit, fieri omnino debet, ut vis non m
nus cerebri, qvam cordis, et ventriculi, ac viſc
rum aliorum, muſculorumqve, minuatur, ac p
reat vigor et pulchritudo corporis, ac ſimul an
mus langveſcat, et accumulatis lentis crudisq
ſuccis, corpus infarciatur potius, qvam alatu
malumqve adeo habitum contrahat, vel aucto n
mis profluvio, decedentibus magis magisqve ſu
cis utilibus, nullis vero, vel paucioribus, in eoru
locum ſubeuntibus, ſumma tandem macies ori
tur, et niſi occurratur, tollat. Ex eodem fon
aliquando etiam ſterilitas proficiſcitur, qvand
ſemen in illa eluvie uteri vel ſuffocatur, vel co

rump

mpitur, vel cum eadem ſtatim reiicitur, ut do-
it *Hippocrates Aph. LXII, Sect. V. Quæ fri-
dos et denſos habent locos, utero non concipiunt.
qvæ præhumidos habent, gravidari nequeunt:
tingvitur enim in ipſis genitura. Et quæ ſicci-
es et æſtuoſos: nam alimenti defectu, ſemen cor-
mpitur. Qvæ vero ex utrisque moderatam na-
e ſunt locorum temperaturam, eæ fœcunditate
lent. Et lib.* περὶ ἀφορῶν: *Si uteri lubrici
erint, mulier utero non concipit; ſemen enim fo-
s elabi ſinunt.* Indidem facilis et freqvens abor-
oritur, qvia conceptus firmas ſatis radices age-
in laxatis nimium glandulis uteri nequit, atqve
idua alluvione abripitur, et eiicitur.

XII.

m vero ex commemoratis partium affecta-
rum et humorum vitiis etiam cauſam perſpi-
nus, qvamobrem fluor is hoc magis difficilem
mittat curationem, qvo magis adolevit, et inve-
avit, ita ut inter Medicorum ſcandala referri
e poſſit. Namqve in illo perpetuo ſuccorum,
iusque menſtrui ſangvinis tranſitu perquam eſt
ficile, glandulas tono et vigori ſuo ita reſtitue-
, ut modo debito contrahantur. Præſertim

 cum

cum in malo inveterato, et in ſeneſcentibus, in t
mores abeant inſanabiles modisqve aliis ita pe
vertantur, ut ea fluxio ad mortem usqve perſev
ret. Neqve vero ſuis eam periculis carere,
adductis ſupra, et pluribus aliis, qvos profer
ſolet, fructibus intelligitur. Nam etſi in quibu
dam citra noxam graviorem diu perdurare po
ſit: tamen plerumqve multa poſt ſe mala traher
aliqvando etiam ruinam utero, et toti œconom
corporis, inferre tandem ſolet. Aſt fieri inte
dum videas, ut ex ſuppresſione menſium nat
fluor albus, horum qvaſi vicarius fiat, et multa
levet incommoda, qvæ ab illa alioqvi profici
conſveverunt. Sed miſerum tamen eſt, agru
naturæ, ſerendis hominibus a Deo factum, ſor
bus ſqvalere.

XIII.

Poſtremo illud iam animo et cogitatione co
prehendimus, in Curatione huius mali op
ram adhibendam eſſe, ut humores ſupervacan
per convenientes vias educantur, eorumqve c
cochymia corrigatur, et tonus uteri inſtauretu
ac confirmetur. Itaqve, ſi plethora urgeat,
nimia ſangvinis copia glandulas uteri collabefec

r,

, ſangvinis miſſio per venæ ſectionem, vel ſca-
cationem, non ſine commodo inſtituetur. Ne-
e enim hic audiendus *Sennertus*, qvem plures
vuntur alii, cum *Pr. lib. IV*, *p.* II. *ſect.* 2. *c.* 12.
nem venæ ſectionis uſum reiicit, veritus, ne
vi humores, ad uterum fluentes, in venas re-
centur, et ſangvinem inqvinent, ac praeterea vi-
nimium proſternantur. Nam metu hoc cir-
us ſangvinis, ignotus iſti doctiſſimo medico, et
s abundantia nos liberat, cum non niſi urgente
plethora, qva nihil fere promtius glandulas
ri diducit, venæ ſectioni locum demus. Hac
ione videas, ea, ut decet, præmiſſa, fluorem il-
n, qvi a nimio menſium fluxu proficiſcitur, vel
getur, faciliorem deinde curationem admit-
e.

XIV.

Vt autem venæ ſectio rarius locum habet: ſic e
contrario catharſis principio curationis nun-
am omittenda eſt, ut ſordes primarum viarum
purgentur, et ipſius immundities ſangvinis per
s alvi divertatur. Plus vero hic benignis illis
mitibus auxiliis, ex floribus acaciæ, mali per-
æ, myrobalanis, tamarindis, casſia, et ſena ori-
en-

entali, qvam naturam magnopere turbantibus a
tantibusqve remediis, proficimus. Neqve c
fraudanda eſt laude ſua magneſia alba, ex li
vio nitri recte parata, qvia alvum facile m
vet, et ſerum copioſum ſine omni moleſtia e
cit. Qvidam, nec immerito, hieram Galeni l
dant. Ialapium qvoqve, cum ſale qvodam t
tareo, vel nitroſo, aut eius reſinta, cum gum
ammoniaco, vel galbano, mercurioqve dulci,
ciata, hic ſæpe multum proderit. Qvodſi v
triculus, ut ſæpe fit, cruditatibus ſcateat, maxi
uſui blanda erunt emetica, ex qvibus una arri
Ipecacuanha, qvod et vomitionem leniter ciet,
perſpirationem corporis egregie adiuvat. H
ſola, bis, terve, repetita, fluorem album conqviev
novimus.

XV.

Corpore ſatis expurgato, laborandum eſt,
aptis remediis aperientibus, et diaphoretic
univerſi tranſpiratio corporis vigeat, qva qvi
ſeroſa ſangvinis chyloſaqve colluvies corrigit
atqve ab utero divertitur, eaqve purgato ſang
ne, ac inſtaurato vitali circuitu, tonus, ut pa
um aliarum, ſic uteri qvoqve, melius, qvam
r

ıediorum uſu adſtringentium, reficitur. Nam ſi
ıccus ſangvisqve bonus ſit, nec redundet, non la-
orabit uterus, aut, ſi laboret, tutius corroboran-
bus confirmabitur. Atqve hæc nobis qvidem
auſa eſſe videtur, qvamobrem magna ex parte
oc fluore laborantes, ut incuratæ, relinqvantur,
vod temere, nullaqve methodo, morbi curatio
ıſcipiatur. Namque in eo quotidie errari vi-
emus, qvod ea adſtringentibus, interius, externe-
ve adhibitis, perfici vulgo credatur. Qva ta-
ıen ratione vel contumaciorem fieri fluxionem,
el ea temere ſuppreſſa, varios ventriculi, et ca-
itis, ac pectoris affectus, cachexiam, tumores, ul-
era, malaqve alia inferri, experientia teſtatur, et
ıa qvemqve ratio monere debet. Hujusmodi
ıppreſſionis funeſtæ, atqve in exitioſam mutatæ
iabetem, exemplum habet *Ballonius*, *lib. I*, *con-
l. 56.* Id ipſum igitur bene perſpiciens *Galenus*,
ti in methodo, et ratione medendi, incomparabi-
s erat, cum in curatione uxoris Boethi præci-
ui Romæ medici non modo nihil profeciſſent,
d ineptis etiam remediis tumorem ventris pro-
uraſſent, purgata ſemel iterumqve alvo, et pau-
is adhibitis aperientibus, potiſſimum frictioni-

D bus

bus, parcoqve potu, illam feliciter abſolvit, ut *h*
de præcogn. ad Poſthum. cap. 8, refert.

XVI.

Cvm autem magna ſit aperientium atqve di
phoreticorum colonia, et natura a natu
differat, ſuosqve fluor albus gradus habeat, i
qvidem porro patet, non eadem omnibus co
venire, ſed alia aliis adhibenda eſſe. Ita eni
qvibusdam, comperias, prodeſſe infuſa, decoctio
nes, atqve eſſentias lignorum, nonnullis remed
ex ſtibio, marte, iove, ebore, lapidibus cancro
rum, aliisqve abſorbentibus, marinis, ac terrei
facta, aliis ex ſuccino, caſtoreo, myrrha, reſi
gvaiaci, balſamo Peruviano, camphora, croco
aliis ex china Chinæ, cortice VVinterano, ſiv
ſchacharilla, herbisqve, et radicibus amaris, e
aromaticis, qvas vulgo cephalicas, ſtomachica
et uterinas vocant, atqve aromatibus ipſis, ut e
ſeminibus carminativis ac diureticis, aliis ex opi
tis, theriaca, mithridatio, diaſcordio, cum
iis, qvæ modo dicta ſunt, varie mixtis, parata
aliis tincturas bezoardicas, ſalem Aetii, ſalia item
volatilia, ſimplicia, vel aromatica, et oleoſa, co

du

ucere. Nobis ea in primis aperientia placent, yæ vim excitantem, rarefacientem, et corrobo- ntem habent, qvibus qvidem nunc ſolis, mo- temperantibus iunctis, recteqve adhibitis, non ucas, quæ per plures annos eo fluxu conflicta- fuerunt, ſanatas novimus, ſine ullorum uſu ad- ringentium. Et profecto raro his opus habebi- us, ac ſicubi ea neceſſaria viſa fuerint, aperien- bus atqve diaphoreticis commode temperabi- us. Qvomodo qvidam ſpecies decarabe, coral- , oſſepiæ, et eius generis alia, cum theriaca, vel mi- ridatio, diacoro, zingibere condito, conſerva enthæ, et fl. anthos, in forma electuarii, uti conſue- runt. Eadem ratione etiam acrimonia ex ſan- ine aufertur, neqve opus habebimus, ut eam mediis gummoſis et glutinoſis, ex gummi Ara- co, tragacantha, ichthyocolla, et huiusmodi iis, irretiendam, vel iisdem remediis vias uteri nglutinandas putemus. Recte et prorſus ad entem noſtram *Corbeius*, *Gynæc. lib. I, cap.* 3. *lterantia exhibentur, qvæ humiditates haſce rporis exſiccent, et abſumant, eoqve validius, ſi qveus, et pituitoſus hic ſit fluor, addendo illis, ſi mmodicus ſit, qvæ adſtrictione inſuper prædita,*

 illum

illum etiam nonnihil cohibeant. Qvalia mul in menſium profluvii cura expoſita, hic qvoqve co petere poſſunt, attenta tamen hac animadverſ ne, ne nimis cito in hoc fluxu adſtringentia ad beantur, et qvod remedia magis ſiccare, qv adſtringere debeant, qvibus et qvæ utero ſimul a propriata ſunt, permiſcentur. Nolumus hic form lis remediorum paginas implere, cum eæ cui vis laborantis conſtitutioni ſint aptandæ. N vero, qvi recta methodo uti novit, remediis e piricis delectabitur, qvorum fallax, nec raro n xius, eſſe uſus ſolet.

XVII.

Ab hac medendi ratione haud alienus f *Hippocrates*, cum *lib. II. de morb. mulier.* habet: *Si fluor albus detineat, hiſce conveniu diuretica; capitis purgationes, balnei, abſtine tia, epithymum album epotum; deambulationes, omnis diæta exſiccans.* Huius inſiſtens veſtig Galenus, decoctione aſari, et apii, paucoqve po ut ſupra meminimus, feliciter uſus eſt. Aſt cauti ne opus eſt in uſu diureticorum, ne ad cienda nimis urinam, ſed excitandam in primis tranſpi

onem accommodetur. Qvapropter minus his
ſentiri poſſumus, qvi nimium terebinthinatis, et
ureticis vehementioribus aliis, fidunt. Suus ta-
en thermis locus eſt, qvas *Sennertus* l. c. tan-
pere prædicat, qvod redundantes in corpore
mores evacuent, atqve ab utero divertant, et
ſcera purgent, ac roborent, modo conveniens
ntinuetur diæta, et tranſpiratio libera ſervetur.

XIIX.

Externa ante ſufficientem corporis purgatio-
nem plus nocere, qvam prodeſſe, et ratio di-
tat, et uſus rerum teſtatur. Ac vix iis unqvam
ous habebimus, ſi qvidem remediis interioribus
ɛte utamur. Alioqvin enim parum auxilii tam
thermis, qvam a balneis, ſive ex aperientibus,
e ex adſtringentibus, vel utrisqve, parentur,
mqve a fotibus ſperandum erit. Iniectiones
n magni æſtimandas, neqve nimium ſuffitibus
buendum eſſe, ſive ex ſalvia, et herbis eius ge-
ris aliis, ſive ex antimonio, ſive ex thure, ſuc-
no, maſtiche, et huiusmodi aliis, fiant, ipſius
tura mali declarat.

XIX.

Plus conveniens victus, vivendiqve ratio, præ-

 ſtare

ſtare, et ſæpe ſola fontem catarrhi exhaurire po
eſt. Qvo in primis aer conducit temperatus, v
ad calorem vergens, et ſiccus, cibusqve boni ſucc
corpus non gravans, ſed recreans, atqve aromat
bus, et herbis, ac floribus aromaticis conditus, qv
bus et motus ſangvinis, et tonus, ac robur viſc
rum, erigitur. Potus ſit paucus, vel modicus, v
num nempe bonum, odoratum, qvod plus ſæpe pr
derit, ſi meliſſa, ſalvia, roremarino, abſinthio, in
infuſis, medicinales vires accipiat. Vicaria vi
cereviſia non ſit feculenta, ſed clara, et lupuli ſ
lictarii floribus condita, vel etiam ſalvia, abſinthi
medicata. Plurimum qvoqve utilitatis motum
atque exercitationem corporis, conferre, vel e
eo patet, qvod fluorem hunc qvies augeat. D
mum ſomnus, et vigiliæ, animorumque affectus, i
tra mediocritatis limites conſiſtere, et omnes v
gere excretiones debent, ſi optatum velis
curationis exitum.

The

Theiologos orbi magnos gens clara miniſtrat,
Ex juris myſtis nomina celſa tenet.
d ſacra diſcedis miſſis his primus Hygeæ,
Ne ſis deterior, nitere, fama tuis.

Gratul. ſcripſit Lipſiæ
JOH. HEINR. ERNESTI,
Prof. Publ.

---

rdinis adſcendis, felix adſcende! cathedram,
Qui medica doctus damna fugare manu.
lerat, inſidiis qui vos petit horridus hoſtis,
Terrigenæ, & rauca hæc, Mors mala, voce refert:
vite ſolertes lapides, & igne metalla
Solvite, ut & ſuccum præbeat herba ſuum;
ebet Ægyptus medicataque funera, terram
Præbeat & Lemnus quam ſua ſigna notant;
ne fugant mortem cataplaſmata, pilula, pulvis?
Immo jocus, Medicus, Mortis, & ipſe, jocus.
ierat nondum jactantia dicta Tyrannus,
Splendida cum ſubito cælo Hygiæa venit:

Teque

Teque manu, Frater, prenſum; Bene perge, c
nebat;
Te ſummus Medicus, Te vocat ipſe DEUS.
Et licet in Medico non ſit, relevetur ut æger,
Herba licet ſemper nec cataplaſma juvet:
Te tamen Amoſidis ficus, bubone remoto,
Et Morti auferri ſæpe cupita, docet.
Perge igitur felix! Felix adſcende cathedram
Quam medicus pandit Leucoris ordo tibi.
Numinis adſiſtat ſummi Benedictio cœptis!
Cuncta Hæc quæ vincunt pharmaca ſola dabi

Dilectiſſimo ſuo Fratri
Paucis his
de Summo inter Medicos Honore
gratulari voluit

M. JO. BENED. CARPZOVIUS, Li
Hebr. L. Prof. Publ. Extraord.
& Concionat. Sabbath.